



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 202. Latzenbogius Hussitismum execratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

§. CCII.

Sæcul. XV.

A.C. 1416.

Latzenbogius Hussitismum execratus.

Henricus de Latzenbog supra nomina-
tus, Bohemiæ Nobilis, & Joannis *Reichen-
tal* p. 17.

Hussi Constantiam euntis socius, ejusdem defensionem ab initio ardenti studio susceperat; Postea vero Imperatori nominis sui fama notus, ab eo magni habitus, multisque benevolentiae signis cumulatus fuit. Is ipse Sigismundum Aquisgrani conveniens, nuntium de eisdem Coronatione Constantiam detulit, eundemque in caussa Argentinensis Episcopi honorifica functum legatione mox percepimus. Qui tamen favores minime obstabant, quominus de Hussitarum secta identidem postulatus fuisset, quinimo prima Julii die coram Congregatione citatus fuit, ubi tamen, ut nonnulli tradunt, suos errores abjuravit, & Joannem Hussum ac Hieronymum Pragensem juste fuisse damnatos professus est, quamvis nonnulli Scriptores, præsertim Dacherius, de sinceritate hujus abjuratationis dubitent.

§. CCIII.

Epistola Arragoniæ ac Castellæ Regum ad Concilium de Legatis Constantiam mittendis.

Dum interea adventus Legatorum, *Spond. an.*
quos 1416.